



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 126. Dominicus Cecchinus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. tis invidia separaretur, sepultus in Ec-
 A. C. 1656 clesia sua Cathedrali.

§. CXXVI.

*Dominicus Cecchinus Cardinalis
mortuus.*

Purp. doct.
l. 6. p. 393.

Sequentis Mensis Maji die prima Ch-
 rubinum pari fato sequebatur Do-
 minicus Cecchinus Romanus, qui na-
 talium splendore ac generosa indole
 cunctis charus, adolescens optimæ ex-
 spectationis specimina præbuit; vix e-
 nim decimum sextum ætatis suæ an-
 num compleverat, cum jamjam utrius-
 que juris Doctor laureatus, Romam
 reverteretur, ubi ob virtutum merita,
 ac scientiæ famam ad honores & Ro-
 manæ Curiaæ dignitates planam sibi
 stravisset viam, nisi præmaturus Cle-
 mentis VIII. obitus vix non certas spes
 intercidisset, quæ tamen regnante
 Paulo V. aliquantulum ex Caffarelli Ne-
 potis Pontificii patrocínio reflorescere
 videbantur; brevi tamen pro innata
 fortunæ inconstantia Cecchinus amissis
 Pontificis benevolentia Caussidicum pe-
 gere compulsus est: obeunte autem
 Paulo V. & Gregorio XV. ad D. Petri
 Cathedram promotus, nova spes Cec-
 chino affulsit; ab eodem enim Pontifice
 Aulæ Consistorialis, Vice-Gubernator
 Fir-

Firmanus, Avenionensis Pro-Legatus, **Sæc. XVII.**
 & Canonicus S. Petri renuntiabatur: **A. C. 1656.**
 quibus in muneribus cum improbam
 inferendis laboribus assiduitatem, pru-
 dentiam, atque integritatem singula-
 rem exhiberet, ab Urbano VII. tum pu-
 blicis tum privatis negotiis adhibeba-
 tur, ubique egregiam pietatem, gravi-
 tatem, raramque in rebus gerendis
 dexteritatem præferens, semper fide-
 lis, semper magnanimus, & in utraque
 fortuna semper idem. Hinc ab Inno-
 centio X. Cardinalis ac Datarius de-
 signabatur, quod munus, postquam per
 plures annos cum dignitate sustinuerat,
 a Mascambruno Pro-Datario contem-
 ptus ipso approbante Papa abdicavit.
 Erat is ex illis Cardinalibus, quos
 idem Pontifex pro examinandis Jan-
 senii erroribus selegerat; nota enim
 erat Innocentio hujus Viri eruditio,
 doctrinæ profunditas, ac rerum Theo-
 logicarum cognitio. Tandem vero Cec-
 chinus anno ætatis sexagesimo octavo
 post tot labores impigre exantlatos
 Romæ in Domino quievit: Descripse-
 rat ipsemet fusiori calamo varias vitæ
 ac fortunæ suæ vicissitudines.